

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula I. Quod quis potest si vult, potest absolute

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

*Disputationum Philosophicarum*  
**TERTIA,**  
 continens  
**REGULAS VI.**  
*circa doctrinam.*

**ACTUS ET POTENTIAE**  
**R E S P O N D E N T E**  
*publicè*

**JOHANNE TOBIA MAJORE,**  
**R E G U L A I.**

*Quod quis potest, si vult, potest absolute.*  
 I.

**D**esumunt hoc ex Augustino de lit. &  
*Spir. c. XXI* & Anshelmō L. II. cur Deus  
*homo c. X.* Sensus est: De quo dicitur, quod  
 hoc vel illud possit, facta hypothesi, si velit  
 de eo simpliciter & sine ulla hypothesi affirmatur,  
 quod id possit. Veritas ejus perspicitur induc-  
 tione. Qui enim potest currere, videre, disputare, si  
 vult, de eo recte dicitur simpliciter, quod possit  
 currere, videre, disputare, &c.

II. Eadem sententia est Socratis apud Platon.  
 in Hipp. min: quando: potens, ait, est, qui facit,  
 quod vult, & quando vult, morbo vel quibusdam  
 talibus non impeditus, verum quemadmodum tu  
 meum nomen, quotiescumque vis scribere, potes. Et  
 ex principio isto disputat, eum, qui artis alicujus,

ut

ut numeri  
 tum de  
 sint, magis  
 imperitu  
 semper &  
 tingat ve  
 velit.

III. R  
 potest a  
 E. Deus  
 impia.  
 quæ vul  
 Necesse  
 esse falsa

IV. R  
 quemad  
 rum est  
 te videre  
 videre d  
 subjectu  
 verum &  
 gere, si v  
 potest i  
 probora

O. su  
 Quic  
 quicquid  
 E. & l  
 Minor



ut numerandi computandi peritus est, quæsi-  
tum de numero aliquo; ut ter septingenta quotnā  
sint, magis posse mentiri eo, qui rūdis illius est &  
imperitus, propterea, quod ille posse mentiri  
semper & quotiescumque velit: hūnc autem con-  
tingat vera dicere propter inscitiam, et si mentiri  
velit.

III. Sed objicitur: Quod quis potest, si vult  
potest absoluē. Sed Deus potest peccare, si vult  
E. Deus potest peccare. Conclusio est falsa, atq;  
impia. Minor est vera, quia Deus omnia potest,  
quæ vult. *Quaecunq; voluit, fecit, Psalm. CXXXIV*  
Necessæ est igitur, majorem, quæ nostra regula,  
esse falsam.

IV. Resp. Regula vera est de eo, qui potest velle  
quemadmodum patet ex adductis exemplis. Ve-  
rum est enim de homine, quod, quia potest curre-  
re videre, disputare, si vult, possit absoluē currere,  
videre disputare, ex eo, quod homo est ejusmodi  
subjectum, quod potest illa velle: quemadmodū  
verum quidem est, si dicam, lapis potest intelli-  
gere, si vult; nec tamen verum est, si dicam, lapis  
potest intelligere. Quod autem illud verum sit,  
probo:

O. substantia intellectualis potest intelligere.  
Quicquid vult est substantia intellectualis. E.  
Quicquid vult potest intelligere.

E. & lapis, si vult, potest intelligere;

Minor probatur, quia velle est actus voluntati-

tis.

tis. Quicunque igitur vult, ille habet voluntatem. Sed quicquid voluntatem habet, illud est substantia intellectualis. E. quicquid vult; est substantia intellectualis. Cur, cum dico hypotheticè, lapis vult, potest intelligere, sit verum, falsum tam est, si dicam absolute & categorice, lapis vult, causa est, quod lapis non potest velle.

V. pater hinc responsio ad argumentum objectum. Cum enim major non sit vera, nisi ita quod quis, si vult, potest, & potest velle, potest absolutè, minor sic erit subsumenda: Deus; si vult, potest peccare, & potest illud velle; at sic falsa est. Non enim Deus potest velle peccatum. Haec responsio est Durandi. III. dist. XII. q. II. quoniam paulo fusiū explicavimus, & habet fundatum in ipso Anshelmo.

## REGULA II.

*Frustra est potentia, qua non traducitur in actum.*

I. Tritissima hæc usū in Philosophorum scriptis est propositio. Et quāvis expressis verbis apud Aristotelem posita non occurrat, ex t. 32. tames L. I. de Cœlo satis evidenter colligi posse videtur. ibi enim disputans, circulares motus non esse contrarios, hoc affert: corpora, quæ contrariis motibus in circuitum moveri dicuntur, aut æquales vires habent, aut inæquales. Si prius, se invicem impedian, & neutrum movebitur, atque ita frustra erunt. Si posterius, id, quod vincet, solū me.

movebitur  
um non si  
ti hisce fi  
tia sit, qu  
surdè ass  
quod fru  
ant frust  
yidentis  
in quō &  
lis fulcit  
II. Fru  
finē, prop  
endā alvi  
stra, deam  
est, & bu  
animalia  
sed ut vi  
que modō  
mines, &  
di, scribi  
potentia.  
III. Fi  
Metaph.,  
non trad  
gnet, vel,  
habere, c  
in actu c  
nitione &  
attulerat